

Band VII., Nr. 2527, Seite 386-388

Anshelm der Ältere von Justingen verkauft Schulden halber mit Zustimmung seiner Gemahlin Bertha und seiner Kinder Anshelm, Liugard und Willebirg alle seine Besitzungen, Eigen und Lehen, zu Binzwangen mit allen Rechten und Gerechtigkeiten, insbesondere dem Patronat und Vogtrecht der Kirche, um 166 Mark Silber an das Kloster Heiligkreuztal.

Baumburg, 1275. September 12.

Universis hanc paginam inspecturis Anshelmus senior de Justingen rei geste notitiam cum salute. Temporum malitia et hominum memoria labilis monent gesta temporum perstringi serie litterarum. Presentes igitur noverint et futuri, quod cum ego oppressus nimietate debitorum, a quibus aliter quam per distractionem possessionum mearum me absolvere non valebam, tali necessitate compulsus consensu Berhte matrone mee, Anselmi, Liugardis, Willebirgis liberorum meorum, quia tunc temporis plures non habebam, pleno et expresso prehabito et omnium, quorum intererat, omnes possessiones meas in Binzwangen, tam predia quam pheoda, que vulgo manlehin dicuntur, videlicet curiam que dicitur der Magerhof cum iure patronatus et advocatie ecclesie dicte ville in Binzwangen, nec non predium dictum Ortliebs gût, item Kumberlins gût, item Æppelins Wernhers gût, item hûbam dictam Eberharts in der gassun, item des Hûbers gût et aream dictam Kumberlins hofstat, nec non des Lippers gût ac etiam Walraven hofstat, item silvulam dictam daz Hart, item daz vorder und daz hinder Satzaich, item pheoda, que Hainricus dictus de Andilvingen et Hainricus dictus der Hûter ibidem iure quod vulgo dicitur manlehin a me tenuerant, que omnia et singula mihi proprietatis titulo pertinebant, cum omnibus aliis eisdem possessionibus et ecclesie intus et extra pertinentibus in agris areis pratis pascuis aquis et aque decursibus virgultis silvis nemoribus fructectis terris cultis et incultis viis et inviis semitis itineribus et iuribus, que vulgo dicuntur ehafti getwinc gerihte und vrævelie, que omnia et singula ad subscriptos terminos se extendunt, videlicet a parte orientali ad arborem dictam Hartemannes böum de Walthusen, a parte vero occidentali ad silvulam comitis Hartmanni dictam der Hôv, a parte etiam acqulonari ad silvulam dictam Hünerrisach, a parte nichilominus septentrionali ad locum, qui dicitur Hesiberch usque in vallem, versus vero castrum Landöwe von der Huttun usque in Gîrspuhel, nec non omnibus aliis tacitis vel expressis ad predicta quocumque iure vel titulo spectantibus, quia ipsa bona fide et iusto titulo possederam illucusque, venerabilibus in Christo

II

abbatisse et conventui Vallis Sancte Crucis ordinis Cysterciensis Constantiensis diocesis suoque monasterio receptis ab eis centum sexaginta et sex marcis argenti legalis, quas profiteor ex integro recepisse et in utilitatem necessariam convertisse, adhibita omni sollempnitate vendidi tradidi et donavi, transferens in iam dictum monasterium possessionem vacuum omnium predictorum pleno iure perpetuo possidendam, ita ut in dicta villa Binswangen et omnibus possessionibus antedictis omnibus libertatibus, ut est sâta metere prata tondere pecora pastori committere pontem ultra Danubium construere, et omnibus aliis sibi accomodis gaudere pro sua voluntate debeant contradictione cuiuslibet et exceptione qualibet non obstante, renuntians unâ cum predicta matrona mea et liberis omni iuri actioni exceptioni defensionis civili et ecclesiastico subsidio omni consuetudini tam loci quam patrie iuri restitutionis in integrum pecunie non numerate nec non omnibus aliis, per que predicta possint in posterum irritari aliquatenus aut infringi, obligans me et meos heredes imperpetuum fide data corporali etiam prestito iuramento, quotienscumque et coram quocumque homine vel iudice in forma iuris et extra requisiti fuerimus, prestare werandiam de premissis et de dampno pendente lite contracto ad interesse ipsi monasterio obligari. Et ut concordia inter me et meos successores per quamcumque lineam descendentes nec non sepedictum monasterium contracta inviolabiliter perseveret, sub iam dicta obligatione fidei et iuramenti promissimus simpliciter sine dolo, ut nec ego nec aliquis heredum meorum possessionem aliquam, quocumque modo ceaseatur, in sepedicta villa Binswangen suisque terminis per modum emptionis permutationis obligationis inphedationis donationis seu alio quocumque titulo imposterum comparare vel conquirere casu quolibet contingente^a.

 Acta sunt hec apud Buwenburch, anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo quinto, pridie idus Septembris, subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Alberone decano de Binswangen, Bertholdo de Althain, Alberto de Hundersingen clericis, Cûnrado de Sancto Monte, Ūlrico, Hugone et Hainrico de Monte Forti, Eberhardo de Kirchperch et Cûnrado filio suo comitibus, Burkardo de Jungingen et filio suo, Kûnone de Stöffeln, Ūlrico de Kunegesegge, Hermanno et Manegoldo de Hornstain, Wernhero de Hundersingen et Cûnrado de Tailhain militibus, Wernhero de Hertenstain, Hainrico dicto Rone, Ortolfo et Hainrico fratre suo, Hilteboldo ministro, Cûnrado dicto Jōseli et Kûnone monetario aliisque quam pluribus probis viris. Ut autem hec perpetuo maneant firmiora, presens instrumentum exhinde conscriptum sigillis reverendi domini Rûdolfi dei gratia Constantiensis episcopi sui que capituli ac etiam nobilium virorum Hainrici iunioris de Veringen et Cûnradi de Landōwe comitum et meo procuravi pro testimonio roborari. Nos Rûdolfus

^aHier fehlt das Hauptverbum: *velimus*, *debeamus*, oder ein ähnliches.

III

dei gratia Constantiensis episcopus et nos Walkonus decanus et Cûnradius prepositus totumque capitulum eiusdem ecclesie et nos Hainricus et Cûnradius de Veringen et de Landöwe comites sub sigillis nostris ad petitionem partium predictarum profitemur, prout premissa sunt, predicta omnia esse vera. Ego Berhta predicta et nos Anshelmus Liugardis et Willebirgis eadem sub sigillis predictis, quia sigilla propria non habuimus, profitemur protestantes dicto contractui consensum nostrum voluntarie adhibuisse et nunc ratum et firmum totaliter in omnibus perpetuo conservare.

—

Der Textabdruck folgt dem Original auf italienischem Pergament.

 An der Urkunde fünf Siegel aus mit Eisenoxyd gemischtem Wachs: 1) Das spitzovale Siegel des Bischofs Rudolf von Konstanz, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 2499 (WUB, Bd. VII, S. 365 f.). 2) Das Siegel des Kapitels von Konstanz, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 1770 (WUB, Bd. VI, S. 165). 3) Das runde Siegel des Grafen Heinrich von (Neu-)Veringen, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 2132 (WUB, Bd. VII, S. 77). 4) Das Siegel des Grafen Konrad von Grieningen, schildförmig, 45, 40 mm, (IV. A. 1.): Drei Hirschstangen mit je vier Enden, querlinkshin übereinander; Umschrift, im rechten Obereck beginnend: + *Sigillum* . CVNRADI . COMITIS . DE . GRVENIGEN. 5) Das schildförmige Siegel des Anshelm von Justingen, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 1726 (WUB, Bd. VI, S. 128).

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 457 U 444

Überlieferung und Textkritik:

deutsche Übersetzung in HStA Stuttgart H 14 Bd. 137, S. 366 - 372.

Regesten:

ANTON HAUBER (BEARB.): Urkundenbuch des Klosters Heiligkreuztal, 2 Bde., Stuttgart 1910-13 (Württembergische Geschichtsquellen 9 bzw. 14), Bd. 1, Nr. 75. Württembergische Jahrbücher für vaterländische Geschichte, Geographie und Topographie, Stuttgart 1822-63 (1826), S. 82 (mit falschem Jahr 1274). Mitteilungen Verein Hohenzollern, Bd. 3, S. 67. PAUL LADEWIG (HRSG.): Regesta episcoporum Constantiensium: Regesten zur Geschichte der Bischöfe von Constanz von Bubulcus bis Thomas Berlower 517-1496, hrsg. Von der Badischen Kommission, 5 Bde., Innsbruck 1895-1941, Nr. 2393.

Weitere Angaben

Beschreibstoff:

Pergament

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Baumburg

Ortsindex:

Altheim Wohnplatz (17044)
 Altheim, BC
 Andelfingen Wohnplatz (17334)
 Andelfingen, Langenenslingen, BC
 Binzwangen Wohnplatz (17262)
 Binzwangen, Ertingen, BC
 Donau
 Gönningen : Reutlingen RT
 Gönningen Wohnplatz (15973)
 Heiligenberg Wohnplatz (17938)
 Heiligenberg, FN
 Heiligkreuztal Wohnplatz (17046)
 Heiligkreuztal, Altheim, BC
 Hertenstein Wüstung (24212)
 Hertenstein, Sigmaringen, SIG, W

Hornstein Wohnplatz (21053)
 Hornstein, Bingen, SIG
 Hundersingen : Herbertingen SIG
 Hundersingen Wohnplatz (15918)
 Hundersingen Wohnplatz (21067)
 Hundersingen, Münsingen, RT
 Jungingen Wohnplatz (16441)
 Jungingen, BL
 Justingen Wohnplatz (16938)
 Justingen, Schelklingen, UL
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Königsegg Wohnplatz (19468)
 Königsegg, Guggenhausen, RV
 Landauhof : Binzwangen, Ertingen BC
 Landauhof Wohnplatz (17266)
 Montfort, Götzis, Vorarlberg, Österreich
 Oberkirchberg Wohnplatz (16990)
 Oberkirchberg, Illerkirchberg, UL
 Talheim Wohnplatz (16870)
 Talheim, Lauterach, UL
 Veringenstadt SIG
 Veringenstadt Gemeinde (21373)
 Waldhausen Wohnplatz (17047)
 Waldhausen, Altheim, BC